

**Corolla sago-togata
dum brabeuta admodum
reverendus &
celeberrimus mag.
Tor...**

Vardagstryck



National Library
of Sweden

COROLLA SAGO-TOGATA

Dum,

BRABEUTA

Admodum Reverendus & Celeberrimus

Mag. TORSTANUS
RUDEEN,

Pereximis ac Prestantissimis VIRIS- Juvenibus
Candidatis Philosophiæ, postquam depugnaverant

865.

PAR LABOR

N. BRUZELIUS.
MICH. JANT.
AND. HASSELQVIST.
JO. NORGREN.

JOH. MUR.

LAUR. QWIST.

CLAUD. AUSTRIN.

JO. SYDBECK.

MAG. ALOPOEUS.

MIC. SADELIUS.

GUS. BRODZENIUS.

AND. STAM.

ZACH. LITHOVIVS.

FR. BACHMAN.
N. MATHESIUS.

PAR GLORIA

PRÆMIA ACADEMICA

Proposuit addixitque
COLLECTA.

1700





I sagò ita & par *Togà* Gloria acquiritur, si non major & prastantior, quia in hanc plus laboris ac operæ quam in illud sæpè infumendum est. Quosdam tamen impetu animi incitatos inflammatosq; præcoci Gloriae plerumq; cupiditate *Togam* cessisse *Armis* opinantes, & suis studiis ac periculis grandiozem *gestorum* mercedem neglectis non negligendis, salute scil. communi, Virtute ac honestate, expetivisse, constat: Quotquot ita animo sunt affecti, veram Virtutis Gloriae ex imperitæ multitudinis errore pendere adulantur & tales *Rem* vix *Armis* sibi pariunt, verum *innanes* crepant *glorias*. Contra autem vera nominis Claritudo magnitudoq; Virtutem ac sapientiam quas res natura sequitur & illis amicas, quæq; animi nascuntur artibus cura ac cognitione, non gloriosi Vulgi gloria ac altimatione, per se vehementer affectat ac desiderat. Sed quo tandem delabor? Vos Pereximii Dum. CANDIDATI amicitia conjuncti consuetudine, Vos inquam felici *Phosphero Musarum* estis ingressi *Castra* & *tentoria*, *stadium* *literarum* hætenus industriâ summa decurristis feliciter ac per vastum altumque earundem æquor ad litus adnatâstis sospites, variis interea Exagiminibus defuncti, unde stratum viæ ad sapientiam æternam mansuram, Vobis adaptum, *οφθαλμοί μόνη των ημερών αθάνατον*. Hinc *Togà laxa* literarum & virtutis insigni (seposita mentiti cupidine honoris) *Corollâq;* nunc redimiti inceditis, & vos *Togatos* aliquando commodum non minus Reipub. quam verè *Sagatos* allaturos fore, verus *Augur* sum. Ast quid dicam ulterius? Gloriae varietatem perpendite, sequitur Virtutem ut umbra & *Tremula* est, quare? quia incertis agitur hominum judicii: Virtus vero & sapientia sunt *Galeati* omnes malignorum propullantes ictus, ideo cristæ plumarum in *Galea* firmatæ addito Lemmate *Tremulus* sed *Firmus* tamen *manens*, bene accommodatur. Sed Ecce brabea laboribus vestris digna, adsunt, ite ovantes eaq; accipite. Valet!

Officii & amicitia ergo scripsit

GUSTAVI FLACHEER.



Dum
Juvenes viri Clarissimi
Philosophiæ Candidati meritissimi,
meritissimos Capefferent honores,
Dies Sacra, luce serena gaudio plena, abundans flore, rigato rore
Oritur Mulsis

Quâ
Opum Minervæ, acumine divæ, ingenio excellæ
æstimatoribus possessoribus justis
juste

jubaris instar
Albam Corollam, Laurea Serta,

APOLLO

Lauro vinctus & purpureas Comas
Dedit

Ob (mentum,
Solidæ doctrinæ Solidum ornamentum egregiæ indolis delecta-
Consilium maturum, intentionem gloriosam
Conamen honestum virtutis splendorem,
Vitæ candorem Sapientiæ nitorem,

Qui
inter,

Doctorum Cœtus, eruditorum collegia, sapientiæ oracula
Proborum colloquia, piornm consortia bonorum judicia
Semet

Probavit manifestavit,

Pro inde

grator

Omen beatum nomen adeptum

Patriæ terræ pio parenti

insuper

UNI TRINO GLORIA SOLI DEO

applaudit

CANUT. HAHN.



Ratulantium inter vota, ut sileam, multijugis
laboris mole, oscitantes & animi pigros, qua non
raro solet deterrere, felici successu paracta, Ady-
tum sapientia C. D. C. Cum accedatis, grandi Mu-
sarum decore, virtuti & eruditioni vestra haud immerito re-
spondente condecoraturi: vetat festi solemnitas qua Muse au-
raica, spe ominus fausti impleta, tripudiant: vetant experimen-
ta favoris & amicitia, qua in me non solum in Schola patria,
sed & in Lyceo hoc almo Regio tot exstiterunt, ut cuinam ve-
strum, majora officia debeam, animo volutem. Admiror sane
perspicaciam & felicitatem ingenii in vobis, varii mortalium,
vario in culmen honoris enitendi, ducuntur amore, alius
signa sequi & bellicam discere artem avet, hic dissitorum
mores edoctus redire ad penates festinat, in Themidos
gremio delituisse illum juvat; At vos, hisce posthabitis,
studia & limpidum sacrum fontem gustare, & quidquid
Castalia effluit vadis excipere adnisi estis; pramia ergo
studiorum jam merito fertis, viridi cornoa capita cir-
cundati. Redite proinde gregi Christi fideles vigiles, & e-
st. te Reipublica commodo, amicis, aliisq; cognatione junctis
solamini, vobis metipsis honori, & transactis tandem
hisce terrenis, caeli terraque Monarcha ut vos immarcesci-
bili ornet corona, vovet

P. BRUHN.

